

vsquam super est, tot ego quidem talium
 satis ardens explorare audierim. Hoc au-
 tem, & quicquid in hanc sententiam quæ-
 situs sum, non ad minuendum post nasci-
 turi populi studium retuli, quin dolorem
 meum potius effundens, & ætati curio-
 sissimæ, in quibus non oportet, rerum
 tam honestarum prorsus incuriose sopo-
 rem ac torporem exprobrans. Equidem
 apud Maiores nostros, nihil querimoniarum
 similis inuenio, nimiumque nihil iactu-
 rarum, cuius ad nepotes nostros si, vt iugu-
 ror, res eunt, fortè nec sensus vllas nec
 notitia peruenisset, ita apud alios inte-
 gra, apud alios ignorata omnia, apud
 venturos lamentandi materia. Ego ita-
 que cui nec dolendi ratio, sed nec igno-
 rantiarum solamen adest, velut in confinio
 duorum populorum constitutus, ac si-
 mul antè retroque prospiciens, hanc non
 acceptam à patribus querelam, ad poste-
 ros deferre volui.

M. CATO.

NVnc calle medio, Romam rursus,
 quasi maiestas ac sacrilegij reus re-
 trahor, eo quòd M. Catonem illum se-
 nem, qui apud alios Scriptores, primum
in hac acie locum tenet, silentio suppri-
 meng